



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Variè propter Christvm exercetur. Cap. XX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

re, quotidianis denique gymnasij exercitationibus, annis & mensibus sex (quod spatium temporis in solo philosophiæ in academia illa tribuunt) præcipue, ut honorifico magistri iudicio ac testimonio (Serenus Penna philosophus) post consueta certamina solemnè, laurea, cæterisque doctrinæ insignibus decoratus sit. Post hæc in cœnobij Dominicanæ gratia locum Theologiam aggressus est, ingenti suæ leuæ & industria, cum præter cæteras lucubrations, præstiterit, quotidie manè ante lucem ad scholas, quæ illa circiter hora ibi habebantur, accederet, atque ea in studio tantum Deo adiuuante percipit, quod sua industria ad fidei doctrinæque suæ rationem, sine ulla nouitate, ex Patrum decretis atque doctrinâ reddendam.

*Variè propter Christum exercetur. Cap. XX.*



**N**EQUE verò, quamuis in omnibus catechesi atque a publicis scholis abstineret, idcirco tamen, quia per scholas licitum est, ad animandis ad CHRISTVM animandisque ad studium veritatis & gloriæ destitit. quæ propter inuicem infimæ fortis viri, priuatis ipsius colloquiis, monitis incitati, partim castigato vetere laxa, Cheloniæ disciplinæ seueritatem induerunt; partim eorum solemnè voto varia religiosorum instituta præsertim, partim denique ingenti academiæ totius admittuntur, in Christi gratiam pecunia egentibus dispendia, partim vitam agere, atque adeo ad conculcanda in partem omnem sæculi fastum, & expianda superbia carnis, palam per vicos & compita manum ad stipem prope rigere, victumque palam emendicare ceperunt, quæ tamen men amici, rem indignè ferentes, cum neque precibus, neque minis à proposito reuocare valuissent, tandem deniq; ab hospitali domo sancti Iacobi quæ in

mulerant, vi armisque in pristinum academix diuersori-  
 um ad sua profecquenda studia retraxerunt. Ignatius ve-  
 ro tantam eiusmodi rerum inuidiam subij, vt præter ce-  
 teras iniurias & maledicta, falsis etiam criminationibus  
 ad sacrum Inquisitorem semeliterum delatus sit. Is erat  
 ea repositate Matthæ Ori, ex Dominicana familia Theo-  
 logix magister, tū eruditione, tum probitate conspicu-  
 qui accusatorum fraude comperta, Ignatium non absol-  
 uit modo, sed etiam miris ornauit laudibus, ipsum que  
 Exercitiorum librum, qui præcipue in suspicionem cri-  
 menque vocabatur, tantum abfuit vt damnaret, vt sibi  
 eam eiusdem exemplum Ignatij permissu desumpse-  
 rit præterea absolutionis ac sententiæ formulam, publi-  
 cè scribæ chirographo & signo munitam, quam contra  
 iniquorum calumnias, quando cunque opus esset, profe-  
 ter, tametsi minus gratum id potentibus quibusdam vi-  
 ri fore videbatur, Ignatio petenti concessit. Neque verò pro  
 Christi nomine solum hac falsæ accusationis procella  
 defunctus Ignatius est; sed eorum ipsorum opera, qui illū  
 deinde vel maximè dilexerunt, virgarum queque pub-  
 licè periculum adiit. Mos est Parisijs in scholasticos im-  
 probos ac seditiosos, ad sancendam academix discipli-  
 nam, in hunc fere modum animaduerrere. Dissimu-  
 lato consilio, ad condictam diem in aulam collegij Pri-  
 marii, magistrisque nodosa instructi virga conueni-  
 unt: comprehensumque repente noxium, & in medio  
 consessu nudatum, certo plagarum numero singu-  
 la afficiunt. Id supplicij genus cum ad sensum corporis  
 peracerbum est, tū verò ad ignominiam ac dedecus  
 longe turpissimum, de que ipsius loci nomine aula vul-  
 go appellatur. Hunc igitur cruciatum ac horam male-  
 ræ constitutam, Ignatio infanti, quod condiscipulos  
 suis præcipue diebus à schola ad oratorium & sacra-  
 menta Confessionis Altarisque traduceret, vehementer  
 iratus magister ipse Ioannes Penna parauerat, Iacobo  
 Louca Lusitano collegij Primario in suam sententiam  
 male adducto, quippe qui iam ante privatim erat infen-  
 dit Ignatio, quod familiarem quendam suū, Amatorē  
 nomi-

nomine, seuioris vitae præceptionibus imbutus, et  
 (vt pietatem ferè interpretantur homines) iuuenit  
 abductum à curis inanibus, & iucundo concubitu  
 rum, atque à pristina consuetudine. Vt igitur discipulo  
 plucio dies illuxit aduentans iam ad scholas, datus  
 fideli maturè monetur Ignatius, ne intra collegij  
 vtiq; illo die inferat pedem; concitatos nam est  
 omnium animos; poenas aulae daturum extempore  
 ueat. Ad cuius rei nuntium ancipiti deliberatione  
 stus Ignatius, quòd & pro Christi nomine vetera  
 contumelias perpeti mirificè optabat, & supplicij  
 homines adeo turpis infamia, metuebat ne conuulsa  
 è iuuentute, ipsius opera iam ad meliora conuersio  
 dum in bono stabiles, à sua consuetudine aque  
 ritate auocaret, iterq; sibi ad alios etiam deuotus  
 flo lucrifaciendos abrumperet; totam rem ad ipsius  
 uea arbitrium iudiciumque rejicere statimq; illi  
 cognita decreuisset, id ex diuina maxime graua  
 luntate futurum, neque de eiusmodi sententia  
 ci denuntiationibus precibusve demoueri potest, &  
 quam horrenti poenae imminentis & terro  
 tenti carni vim fortiter intulit; ingressus, & re  
 rectà Goueam petens nondum è cubiculo exiens  
 cido ac sereno vultu, & altam animi pacem ac  
 tatem indicante: Si mea mihi (inquit) exultatione  
 incolumitatis, quàm diuinæ gloriæ, saluissimæ  
 rum cura prior esset ac potior; nequaquam de  
 pedem intra fines huiusce collegij posuissent. super  
 nim antequam huc venire, ignarus eram Goueam  
 tum è vestra omnium indignatione dedecore, poen  
 cerba tormenta me mancant. Sed quoniam nunc  
 no mihi vel ad meritum optabilius, vel ad ven  
 tatem præclarius duco, quàm Christi Domini  
 graua tamque multa pro me perfuncti, vultu  
 bra, plagas, mortem denique perpeti; idcirco  
 ad scholas accessi, & vltro memet in carceris  
 ris & fame discrimen obieci. Verum enim  
 non modò quid votis meis ac desiderio, sed etiam

proximorum rationibus, & sempiternæ salutis condu-  
 cat, caritatis lege considerandum est. Multos habeo a-  
 dolescentes Dei beneficio nuper è cœno flagitiorum e-  
 merfos, ac vix dum auulsos ab improborum pestilenti-  
 consortio. hos ego vereor, ne si me in tam honesto con-  
 uentui publicè vapulasse constiterit, à meo sermone  
 congressuque proctinus auocet infamiæ metus, ac proin-  
 de, vsunt flexibiles hominum voluntates, ad eadem il-  
 laxa quibus paulo ante adhæserant, ingenti dæmo-  
 ni gaudio, & feruor ætatis, & prauæ consuetudinis  
 ætus abripiat. Simul etiam (verum vt fatear) tui me Go-  
 uea, doctoris que mei Pennæ me miseret, qui Christianã  
 pietatem ac fidem sacramento professi, cæterisque ad  
 exemplum iustitiæ virtutisque præpositi; CHRISTI  
 famulum, CHRISTI causam agentem, ad eò accer-  
 be insectamini. & qui, qua pœna lex affici iubet eos  
 qui scholasticos deprauare, magistris illudere, seditio-  
 nis consistare voluerint; eadè dignum iudicatis cum, qui  
 inuentem à vitijs, doctores à iurgijs, academiam à  
 stimulis vindicare conatur. quæ quoniam mecum  
 ipse reputans, non leuis momenti dueebam esse, quam-  
 quam cupidus inimicorum odij vel meo sanguine ex-  
 plecti, tamen pro nostra necessitudine deesse nolui,  
 quominus eadem tibi quoque, integra etiamnum re,  
 consideranda proponerem. Mihi, vt dixi, pro Chri-  
 sti nomine vexari ac torqueri optatissimum est: iamque  
 videretur, sponte ad patibulum pergo. tu, Lutetiæ Pari-  
 sorum, à sanctæ Barbaræ collegio, in eiusmodi causa ta-  
 le documentum vel pietatis vel æquitatis dari an expe-  
 dia, pro tua sapientia ac religione constitue. Vix dum  
 legatus dixerat, cum Gouea, vir & ni concitaretur ali-  
 quide, sitopte mitis ingenio, & tum in flectu diuino val-  
 de compunctus; illicò capta damnauit, ac maiorem in-  
 modum detestatus est; apprehensumque amicissimè Ig-  
 natium deduxit in aulam, quò iam collegæ cum reliqua  
 turba parati conuenerant. Ibi silentio indicto, repente  
 contra omnium expectationem de Ignatij laudibus

orationem instituit; viri fortitudinem in nocentem, peccatam extollens; se ipsum, & ceteros qui in eo periculum stituerant, vehementer acculans; quam lenitiam cum multa dolenter grauitateque dicitur extremum obortis lacrymis, ad Ignatium genitum pariter, precatusque delicti veniam, & apud ceteros suam in amirationem gratiamque restituit, & ipse in eorum deinde rationem & locos precipuo amore studioque cooperatus est.

*De socijs ad Ignatium adiunctis. Cap. XXI.*



**H**ASC igitur, aliaque cuiusmodi sectationes atque penes Ignatium Christi causa contraxit, acriminam plurimorum quoque sibi gratiam ac beneuolentiam equis artibus peperit. Fuit enim ille, per cuius diuinitus infusa charitas, multum etiam atque efficax ingenium & studium ad sanctorum numerum demerendos, in principum amicos opportunè insinuare sese, eisdemque obsequio & humillimitate; pares facilitate ac suauitate morum adiret; superioribus, & egentibus, auctoritate, opera, necnon in angustijs etiam pecunia præsto esse; morbo aliquo laborantes vel eum valetudinis & contagionis periculo aere, solariq; amantissimè; eorum quibus cum vocarentur, vel difficultatem naturæ, & arrogantiam, vel inceptas ac stultitiam, quoad ita res ferret, cunctis dissimulatione mirabilis; ad aliorum arbitrium aduocatum, quibuscunque rebus honestè posset, semper commodare se ac flectere; omnibus denique in Christi gratiam omnia fieri: ubi penitus in humanis sensibus ac voluntatibus irrepserat, tum demum cunctis beneuolentia comprehensos occupare seque, quemque captum, sensim & cautè progredi. Christianæ religionis & officij præceptionibus ac legibusque his fermè artibus, & simul sanctimoniam ac integritatis exemplo, multos, ut diximus, à turpi ac dissipata